



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**COLLATIO-||NVM SACRARVM|| LIBRI VIII.|| Tilmanni  
Bredenbachij S. Th. D.||**

**Bredenbach, Tilmann**

**Coloniae Agrippinae, 1592**

**VD16 B 7378**

9. De quodam, cuius vincula soluebantur in captiuitate, quotiens ab eius coniuge oblatæ fuissent bostiæ pro animæ eius absolute.
- 

[urn:nbn:de:hbz:466:1-65002](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-65002)

Vratislauia, Patauia, & Ratispona, &c. Nec impunè hoc flagitium inultum fuit, nouiffimè anno salutis 1492. die 22. Octobris, in oppido Sternenburg, sub ditione Principum Meapolenfium, auxilio Petri sacerdotis Eleazer, & complurium, Principes illuftres, Balthafar & Magnus fratres Iudæos concremari fecerunt.

*D. Gregorius Magnus hom. 37. in Euangelia & libr. 4. Dialogorum cap. 57. de quodam cuius vincula soluebantur in captiuitate, quoties ab eius coniuge oblata fuiffent hostiæ pro animæ eius abfolutione.*

## CAP. IX.

**M**ultos, vt arbitror vestrum, fratres chariffimi, contigit nosse hoc, quod volo ad memoriam vestrâ narrando reuocare. Non longè à nostris fertur temporibus factum, quòd quidam ab hostibus captus, longè transductus est. Cumque diu teneretur in vinculis, cum vxor sua, cum ex eadem captiuitate non reciperet, exstinctum putauit. Pro quo iam velut mortuo hostias hebdomadibus singulis curabat offerre. Cuius totiens vincula soluebantur in captiuitate, quoties ab eius coniuge oblata fuiffent hostiæ pro animæ eius abfolutione. Non longo post tempore reuersus, admirans valdè suæ indicauit vxori, quòd diebus certis, hebdomadibus singulis, eius vincula soluebantur. Quos videlicet dies, eius vxor atque horas discutiens, tunc eum recognouit absolutum, cum pro eo sacrificium meminit



oblatum. Hinc ergò fratres charissimi, hinc certa consideratione colligite, oblata à nobis hostia sacra, quantum in nobis soluere valeat ligaturam cordis, si oblata ab altero, potuit in altero soluere vincula corporis.

*De Georgio Cappadoce, qui virtute SS. Eucharistie tamdiu à vinculis quibus constringebatur liberatus, donec ipsum corpus dominicum sumeret, circa annum Domini 600. Habetur in vita S. Nicodemi Sicaorum Archimandrita, à Gregorio presbyteri eius discipulo conscripta.*

## CAP. X.

**G**eorgius Cappadox, cum vinctus ad Pharam Imperatorem traheretur, tanquam imminutæ maiestatis, crimini obnoxius, accipiebat sanctum Theodorum inuisere, ac eum se precibus commendare, à quo instructus, à multis diuinarum scripturarum testimoniis confirmatus, petiit vt diuinorum mysteriorum particeps fieret. Tunc S. Theodorus ad eum dicens, Veneramini, inquit, filij. Domini mysterium, & soluite hunc dum illud accipit: non enim est equum, vt quisquam vinculis oblitus Christum suscipiat, qui pro nobis est passus, vt nos ab inferni vinculis liberaret. Cuius autem illi excusarent se, dicerentque id sibi non licere, Georgium enim esse virum nobilem, strenuum, qui si solutus esset, velletque ingratum esse, & aufugere, nullo modo comprehenderet.